Fredro reformat consortis suc'

cretis quibusvis regalibus in quemcunque sensum obtentis, Bellis Colloquiis Gallicis vel
particularibus, Incursu Hostium, Anna pestifera, Statutis et constitutionibus
quibusvis novis vel veteribus laudatis et laudandis, Servicio Militari Reipubli-
ce et Sacre Mtis Regie, absentia a regno, Evocatione de Tra et Dtis, ac lega-
libus quibusvis impedimentis, differrent et prolongant. Ad quietem nemini mortifi-
cationis presentis instrumenti ad Emptorem tum et pro maiori dilectione non reci-
pient, Pena trium Marcarum et trium pena hoc vadium non evadent, Motiones cum
appellationibus earumque prosequutionem ab illo Judice sive officio nullas fa-
cient, Controversiis exceptionibus suspensionibus, evasionibus, prescriptionibus fatalis
iuris ac divertentibus quibusvis, dilationibusque gratis universis quibus premissa
evadere et subterfugere vellet vel vellent, ac omnibus iuris et facti beneficiis
in toto se cum successoribus suis abdicant, sue et successorum suorum sub amis-
sione totius cause. Nulla prescriptione tamen ad premissa obstante

Castellanus Premisliensis Ill. Fredro

Venerabilis personaliter ad officium actaque presentia Castri Capitalis Premisliensis Magnificus Stani-
slaus Drohojowski a Drohojow Castellanus Premisliensis, Actis districtibus iuri-
busque suis quibusvis propriis, foroque suo quovis competentibus recedens, et se una cum
successoribus bonisque suis omnibus huic Castri Premisliensis Jurisdictioni in toto quo ad hunc
Actum incorporans et subiciens, sanus mente et corpore ex Ecclesia publice libere
perexpressum recognovit, Quia Hugo Andreae Fredro de Plessowi-
ce Tibiae olim Hugo Stanislai Fredro Tribuni Sambocien. et eius successoribus
summam quinque Millium et quingentorum florenorum pecunie monete et numeri polonici
quemlibet florenorum triginta grossis polonicis computatam, certi, veri, iusti, et mu-
tuati debiti tenetur et est debitus. Quam summam quinque Millium et quingen-
torum florenorum pecunie inscribit se successores suos ultimos super bonis suis omnibus
eidem Andreae Fredro aut posteris eius prodie et festo Conversionis Sancti
Pauli Apostoli proxime et immediate venturo hic in Castro Premisliensi totaliter
et plenarie dare solvere reatumque ad acta presentia Castri Premisliensis reponere
numerare relinquere, nec iterum exfidelibere aut quovis modo arrestare.
Casu vero si preexpressam summam idem Magnificus Castellanus Premisliensis eidem
Fredro aut posteris eius pro prefato die et festo Conversionis Sancti
Pauli Apostoli proximo non solverit, nec reposuerit, neque ad acta prefa-
ta relinquerit, successoresque eius solverint, nec reposuerint aut ad acta
eadem relinquerint, Extunc ipse Castellanus Premisliensis, se successores su-
os ultimos super bonis suis omnibus inscribit et obligat, eidem Andreae Fre-
dro aut successoribus eius in crastino eiusdem diei solutioni assignatis in bona
sua gratia vigore in Fortalicium Niebiszani, necnon predia et villas omnes
ad hoc Fortalicium spectantes quovis vocabulo nuncupatas in terra et distri-
ctu Sanocensi consistentes, cum omni iure dominii et proprietate, Ac cum omnibus ad eadem

bona omnia ex antiquo attinentibus et pertinentibus nullis exceptis et exclusis per Mini-
sterialem terrestrem quemcunque sibi per dictum Fredro deligendum et Nobiles quos condu-
cere et habere poterit, iam exnunc ab officio presenti additis intronisationem realem cum actu-
ali et pacifici possessione dare et libere admittere nullo modo prepedire et
impugnare, nisi dum et quando idem Hugo Andreas Fredro vel successores eius
vigore presentis instrumenti Mulieri quemcunque cum Nobilibus ad acceptandum possessionem
et intronisationem capiendum bonorum suprascriptorum miserit cum effectu assignare sub
vadio similis summe quinque Millium et quingentorum florenorum pecunie monete polonice
in defectu admissionis eiusmodi intronisationis aut impugnationis ad solvendum succumbere.
Per ipsum Hugonem Andream Fredro vel successores eius bona predicta omnia ex
Fortalicium Niebiszani necnon predia et villas omnes ad Fortalicium eiusmodi
spectantes quovis prenomine vocitatas in terra et districtu Sanocensi existentes, ab intro-
missione accepta in summa preexpressa quinque Millium et quingentorum florenorum
pecunie debite eiusdem sibi tenti ad festum Nativitatis Domini tunc proximum
cum omni iure dominii et proprietate, omnibusque ad predictum Fortalicium Niebiszani
ac villas et predia eadem modo quovis spectantibus fructibus proventibus atque
gratis universis utilitatibus, in omni et cognitione quovis vocitatis nullis exceptis
et exclusis sed omnibus in genere et singulis in specie compregendis ita prout ipsa
bona omnia Fortalicium predia ac villas ad attinentes solus magnificus Castel-
lanus ex predecessoribus suis tenuit, ac prout se huiusmodi bona in longum la-
tum et circumferentiam extendunt, ab aliisque bonis vicinitate contiguis sunt
separata tenere habere et pacifice utifruere. Et in defectu eorundem bono-
rum omnium pretium exemptionis summeque persolutionis extunc ad aliud simi-
le festum Nativitatis Domini proximum. Et sic de Anno in Annum Annis se
continue sequentibus usque ad exemptionem florenorum et summe eiusdem plenaria per
solutionem iuxta cursum et consuetudinem terrestrem per ipsum Fredro vel po-
steros eius possidendum. Dataque et admissa huiusmodi intronisatione debet ac tenebitur
ipse Magnificus Castellanus Premisliensis cum successoribus suis quos secum super bonis suis
inscribit et obligat, eundem Andream Fredro aut posteros eius in bonis pre-
dictis et occasione eorundem ab omni quavis impetitione iuridica quarumvis per-
sonarum status et sexus utriusque existentibus, Ac ab omnibus iuribus et instantiis
bus prioribus et posterioribus debitis vinculis reformationibus adnotati-
tatibus, cuius personarum sexus utriusque coram quocunque Tribunali Regni
in quemcunque sensum formatis factis et faciendis, tum Citationibus Concessionibus
Adiectionibus, Protestationibus quibusvis a quibuscunque personis rationi quarumvis
iniuriarum in bonis iam nominatis positis ponendis, Ac lucris perlucris pe-
nis damnis iniuriis perductis perducendis totius quoque opus fuerit eidem
Creditori aut posteris eius tueri defendere eliberare pacificare
et bona eadem semper munda et libera usque ad exemptionem et summe plenariam
persolutionem facere sub vadio simili quinque Millium et quingentorum florenorum
pecunie. Neque erit potens idem Magnificus Castellanus Premisliensis cum suis successo-